simo Quinquagesimo Sexto.
Komarnicki Komarnickim Coniu-gibus Donat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Pre-
misliensi Nobilis Iwan Staszkowicz Komarnicki sanus mente et corpore existens a
Terris districtibus Iudicibus Iurisdictionibusq suis quibusuis propriis et competen. recedendo
Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni se cum Successoribus ac bo-
nis suis gntr omnibus quo ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie iniungendo
de zakladu libere publice ac per expressum recognouit Quia ipse bona sua propria
et haereditaria infrascripta nempe totum et integrum medietatem bonorum suorum gntr
omnium quaecunq se recognoscentem in bonis villae Maithco Terrae et districtu Premisl. Pre-
misliensi iacen. et consisten. concernunt cum omni praemissorum Iure dominio proprieta-
te haereditate tituloq haereditario cumq omnibus et singulis bonorum praefatorum utilitatibus
agris pratis campis hortis pomariis sylvis borris gaiis rubetis vepretibus hortis pomariis
stagnis fluviis fluminibus molendinis tabernis holdowniis structuris aliisq attinentiis
et pertinentiis gntr universis Nihil ex praemissis iuris dominii proprietatis haereditatis
tituli praetextu ac cuiusuis competentiae et praerogatiuae pro se recognoscente suisq Succes-
soribus aut quopiam alio reseruando seu excipiendo verum prout praemissa omnia et sin-
gula ipsemet recognoscens tenuit habuit et possidebat ipsumq concernebant ac eadem
concernebant Iam exnunc et defacto Nobilibus Andreae Komarnicki Dubiszewicz
et Nastasiae Komarnicka sui recognoscentis filiae consorti vero eius dem Nobilis
Andreae Komarnicki Dubiszewicz et ipsorum posteris dedit donauit ac titulo
puro mero ac irreuocabilis donationis inscripsit et resignauit prout per praesen. dat
donat ac titulo puro mero ac irreuocabilis donationis inscribit et resignat
In quae quidem bona praesentibus donata et resignata iam exnunc et defacto

Supradictis eius

Suprascriptus Nobilis Iwan Komarnicki praefatis Nobilibus Komarnickim coniugibus et
eorum posteris coram officio praesenti dat et admittit realem intromissionem et actualem
pacificamque possessionem per Ministerialem quemcunque competentem et Nobiles duos dic
quaecunque volueint officio se acceptandam per ipsos Nobiles Komarnickie coniuges donata
rios suos. et eorum posteros suprascripta bona praesentibus donata et resignata cum
universis eorum utilitatibus et emolumentis tenendi habendi possidendi illisque
se et posteri utifruendi ac ad suos et suorum successorum quosvis beneplacitos usus
fructus libere et effectualiter convertendi iure ac titulo haereditario. Debet et tenebitur
memoratus recognoscens Nobilis Komarnicki prout se ac suos successores in et super bonis suis
quibus omnibus ac summis pecuniariis quibusvis habitis et habendis praefatis Nobilibus Komar:
nickim donatoriis suis et eorum posteris inscribit et obligat praesen ipsos et eorum posteros
in dictis bonis praesentibus donatis et resignatis et ratione eorundem omnium ab omni
et quavis impetitione iuridica quarumcunque personarum cuiuscunque conditionis status
et sexus existen per omnes proscriptiones Terrestris prout ad quamlibet personam
Terrestris spectat et pertinet praescriptio in omni iudicio et officio Regni semper toties
quoties opus fuerit tueri defendere evincere intercedere et eliberare indemnesque eum
posteris reddere Nec non haec eadem bona praesentibus donata et resignata ab omni
bus in genere iuribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus super eadem bona cui
uis personarum modo quovis factis et faciendis tum etiam a quibusvis citationibus in
eadem bona importatis et importandis litis denique et perlatis processibusque iuris qui
buscunque in quocunque puncto et gradu iuris dependen in quovis iudicio et officio Regni
obten et obtinen ac super praemissis bonis praesentibus donatis et resignatis perducti
et perduc evincere et eliberare mundaque et libera semper facere Ac etiam Intro:
missionem praefatam coram officio praesenti admissam in fundo bonorum praefato:
rum praesentibus donatorum dum per Ministerialem et Nobiles duos officiosi
afferentur non denegare imo debebit et tenebitur eandem libere et effectualiter

dare et admittere datuq et admissu eadem possessionem et usumfructum praemisso
rum omnium quovis modo tam per se quam per suas quasvis submissas et subordi
natas personas non praepedire nec adimere ipsosq donatarios suos et eorum posteros
in praemissis omnibus nullo modo inquietare ita ut eadem bona praesentibus dona
ta et resignata praefati Nobiles Komarniccy coniuges et eorum successores quiete
et pacifice praesentis inscriptionis donationis vigore tenere habere et possidere queat
et possit perpetuis temporibus Idq sub damnis Terrestribus simpliciter absq iuramento
corporali taxandis et edicendis per praefatum recognoscentem Nobilem Iwan Komarnicki
et eius posteros suprascriptis Nobilibus Andreae Komarnicki Dubszewicz et Nasta
siae Komarnicka coniugibus et eorum posteris ob non completionem praemissorum omni
um et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit solvendis
succumbendis Pro quibus quidem damnis Terrestribus simpliciter absq iuramento
corporali taxandis et edicendis ac re aliqua principali ex praemissis non completa
complenda. Citatus existens memoratus Nobilis Iwan Staszkowicz Komarnicki
aut eius successores ad instantiam suprascriptorum Nobilium Andreae Komarnicki
Dubszewicz et Nastasiae Komarnicka coniugum eorumq posteris ad officium prae
sens Castrense Capitaneale Premisliense extunc recessu suprascripto quo ad respondendum
spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare inscripti
re respondere damna praelatas Terrestria luere inscriptioni praesenti satisfacere
ac omnem iudicaturam pati debebit et tenebitur seq ac suos successores ad eadem
omnia inscribit et obligat Illum terminum primum peremptorium et alios omnes
exinde consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmita
te pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio
militari ad munimenta ad Exercitum vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impe
dimentis non differendo Ad quietationem ultra proximos terminos officii praefati
Castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiendo Nullasq motiones appellationes

Protestationes

protestationes et earum prosequutiones faciendo ac praemissa omnia partis suis
plicibus vel implicatis evasionibus suspensionibus fatalus iuris praescriptione Terrestri
bello Conventioneq et aliis quibusvis Iuris remediis et facti defensis non eundendo nec mo
do quovis subterfugiendo Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Bolestraszyczcy et Bystrzyiowski suo et Consortis suae nomine Quietant se se Mutuo et Bystryiowski Statuet.

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Perillustris et Admodum Reverendus Ioannes de Iwelsk Canonicus Luceoriensis Praepositus Krasiczensis et Krzywczensis et Generosus Stanislaus ab eadem Iwelsk fratres germani ab una atque Hiacinthus de Bystrzyiowice Bystrzyiowski partibus ab altera Sani mentibus et corporibus existentes a Terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni se eorumque Successoribus ac bonis suis omnibus quo ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi et quidem praefatus Generosus Bystrzyiowski suo et Generosae Constantiae Ostrowska coniugis suae legitimae pro cuius rati habitione cavet ac se praesentibus inscribit nomine se se mutuo et invicem de interesse certo inter se recognoscentes et praefatum Generosum Bystrzyiowski ... rationi certarum rerum et conditionum in eodem contractu contentarum de acto et data eiusdem hic Praemisliae Sabbatho post Dominicam Reminiscere